

nerabilem fratrem nostrum Laurentium Sanctae Romanae Ecclesiae Episcopum Cardinalem Tusculanum Corsinum nuncupatum, post decantatas Sacras orationes, & Spiritus Sancti gratiam humillime imploratam, ad honorem Sanctissimae, & individuae Trinitatis, Fidei Catholicae exaltationem, & Christianae Religionis incrementum, auctoritate Omnipotentis Dei, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, de eorumdem Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum nobiscum in plenario conventu Basilicae Vaticanae praesentium, consilio, & unanimi consensu, Beatum Peregrinum a Foro-Livii ex Ordine Fratrum Servorum Beatae Mariae Virginis, de cuius sanctitate, fidei sinceritate, & ceterarum virtutum, ac miraculorum excellentia plene constabat, & constet, una cum Beatis Viris, perinde Confessoribus non Pontificibus, Joanne a Cruce Ordinis Fratrum Escalceatorum Beatae Mariae Virginis a Monte Carmelo, & Francisco Solano Ordinis Fratrum Minorum, qui a Regulari Observantia nuncupantur, Sanctum esse definivimus, Sanctorum Confessorum non Pontificum canonice adscribendum decrevimus, prout praesentium tenore definimus, decernimus, & adscribimus, eundemque per universos Christianos, tanquam vere Sanctum, honorari mandavimus, & mandamus: statuentes, ut ab universa Ecclesia in ejus honorem aedes Sacrae, & Altaria, in quibus incrementum sacrificium Deo offeratur, aedificari, & consecrari; & quotannis pridie Kalendas Majas ejus festa solemniter, ut S. Confessoris non Pontificis, celebrari possint.

Indulgentiae ejus exuvias visitantibus concessae.

Exponitur quidquid a-lud actum in ejus Canonizatione.

His literis ubique fides adhibeatur.

§. 6. Insuper eadem auctoritate omnibus Christianis vere poenitentibus, & confessis, qui eodem die festo in memoriam B. Peregrini ad ejus exuvias visitandas acceperint, annum, & quadragenam: iis vero, qui in octava ejusdem festi, quadraginta dies de injunctis, seu quomodolibet eis debitis poenitentibus misericorditer in Domino relaxavimus, & relaxamus.

§. 7. Postremo gratis Deo actis, quod Ecclesiam suam insigni hoc, novoque luminari illustrare dignatus fuisset, cantata in honorem Sanctorum Christi Confessorum Peregrini a Foro-Livii, Joannis a Cruce, & Francisci Solani solemniter oratione, in ara supra Confessionem Principis Apostolorum Sacrosanctum Missae Sacrificium celebravimus cum ejusdem Peregrini, & ceterorum commemoratione, omnibusque Christianis, tunc praesentibus, plenariam peccatorum indulgentiam concessimus.

§. 8. Decet igitur, ut pro tam peculiari in signique beneficio exultis nobis concessis, omnes benedicamus, & glorificemus in trinis Personis unum Deum, omnium honorum auctorem, cui est honor, & gloria in saecula, assidue precibus ab eo postulantes, ut per intercessionem electi sui Peregrini, a peccatis nostris indignationem suam avertens, ostendat nobis faciem misericordiae suae, immitatque timorem sui super gentes, quae non cognoverunt eum, ut tandem cognoscant, quia non est alius Deus nisi Deus noster.

§. 9. Ceterum quia difficile foret, praesentes

nostras literas ad singula loca, ad quae opus esset, adiri, Volumus, ut earum exemplis, etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem ubique fides habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si essent exhibitae, vel ostensa.

Nemo eas infringere audeat.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae definitionis, Decreti, adscriptionis, relationis, mandati, statuti, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo sexto, Sexto Kal. Ianuarias Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ego Benedictus Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Subscriptiones Pontificis, & Cardinalium.



- Ego Franciscus Episcopus Ostiensis Card. Barberinus.
Ego Petrus Episcopus Sabiniensis Cardinalis Othobonus S.R.E. Vicecancellarius.
Ego Laurentius Episcopus Tusculanus Cardinalis Corsinus.
Ego Joseph Renatus Tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Imperialis.
Ego Philippus Antonius Tituli Sanctae Praxedis Presbyter Cardinalis Gualterius.
Ego Annibal Tituli Sancti Clementis Presbyter Cardinalis Sancti Clementis Albanus S.R.E. Camerarius.
Ego Ludovicus Tituli Sancti Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Picus de Mirandula.
Ego Johannes Antonius Tituli Sancti Calixti Presbyter Cardinalis de Via.

Ego

- Ego Antonius Felix Tituli Sanctae Balbinae Presbyter Cardinalis Zondadarius.
Ego Petrus Marcellinus Tituli Sancti Iohannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.
Ego Cuvius Tituli Sancti Eustachii Presbyter Cardinalis Origus.
Ego Melchior Tituli S. Mariae Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.
Ego Nicolaus Tituli Sanctarum Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Spinola.
Ego Georgius Tituli Sanctae Agnetis Presbyter Cardinalis Spinola.
Ego Cornelius tit. S. Hieronymi Illyricorum Presbyter Card. Bentivolus de Aragonia.
Ego Ludovicus Tituli Sanctae Priscae Presbyter Cardinalis Belluga & Moncada.
Ego Joseph Tituli Sanctae Susanna Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerda.
Ego Alvarus Tituli Sancti Bartholomaei in Insula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.
Ego Bernardus Maria Tituli Sancti Bernardi ad Thermas Presbyter Cardinalis de Comitibus, major Penitentiarius.
Ego Johannes Baptista Tituli Sancti Matthaei in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteriis.
Ego Vincentius Tituli Sancti Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.
Ego Prosper Tituli Sancti Chrysogoni Presbyter Cardinalis Mariscus.
Ego Nicolaus Tit. S. Mariae in Domnica Presbyter Card. Coscia.
Ego Nicolaus Maria S.R.E. Presbyter Cardinalis Lercarius.
Ego Frater Laurentius S. R. E. Presbyter Cardinalis Cozza.
Ego Benedictus Sanctae Mariae in Via lata Diaconus Cardinalis Pamphilius.
Ego Laurentius Sanctae Agathe ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteriis.
Ego Carolus Sancti Angeli in Foro Piscium Diaconus Cardinalis Columba.
Ego Julius Sancti Hadriani Diaconus Cardinalis Alberanus.
Ego Alexander Sanctae Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis Albanus.
Ego Alexander Sanctae Mariae de Scala Diaconus Cardinalis Falconerius.

Ego Nicolaus Sanctae Mariae ad Martyres Diaconus Cardinalis Judice.

P. Card. Prodaturus.

Pro D. Card. Oliverio.

C. Archiepiscopus Emissenus.

VISA

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

L. Martinectus.

Registrata in Secretaria Brevium.

CLX.

Promulgatur Canonizatio B. Aloysii Gonzaga Societatis Iesu, Sanctorum Confessorum Canonice adnumerati.

Dat. 27. Dec. 1726. An. 3.

Vid. Const. praeced., & sequentem.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Christiana virtutes, & summa vitae innocentia strenuos Dei milites post triumphum de hoc mundo, perquam dignos efficiunt, qui inter caelestis Hierusalem meritos cives connumerentur; atque hinc nobis universalis Ecclesiae regimini praepositis maxime convenit Apostolica voce eorumdem sanctitatem manifestare, ut omnes tanto patrocinio in calis muniti, optimisque pie illorum conversationis exemplis instructi, per viam salutis incedere valeant, unde & ipsi tandem hujus vitae cursu feliciter consummato, eorum consortio adungi mereantur, quorum se regulis conformare studuerunt. Itaque nos hac die, in honorem antecessoris nostri Silvestri Confessoris atque Pontificis Deo facta, cum ingenti exultatione, & celebritate in Basilicam Principis Apostolorum convenientes, Angelicum juvenem, inque regulari Militia probatissimum Clericum, Aloysium Gonzagam, sanctorum canonice adscriptimus, ut Christianos in ejus meritis solemniter praerogatio ad Dei gloriam recolendis propitium in caelo deprecatores obtineant.

Procurium a consuetudine Summi Pontificis Servorum Dei sanctitatem totius Ecclesiae manifestandi.

§. 1. Castellione, Galliae Cisalpinae ad fines Mantuani ducatus nobili opido, quod discriminis causa Siverorum appellatur, Marchionatus olim dein principatus titulo, insigni, ex primaria Gonzaga familia 7. Idus Martias anno Christi Domini 1568. natus est Aloysius, antea baptizatus, quam totus in lucem editus. Ab ipsis infantiae, & eo magis pueritiae primordiis magna in illo, & multa futurae sanctitatis argumenta apparuerunt, quae Beatus Carolus Borromaeus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis;

Beati Aloysii Gonzaga ortus, pia educatio, virtutesque admiranda.

† Ego Petrus Episcopus Sabiniensis Cardinalis Or-
thobonus S. R. E. Vicecancellarius.
† Ego Laurentius Episcopus Tusulanus Cardinalis
Corfinus.
† Ego Joseph Renatus Tituli Sancti Laurentii in
Lucina Presbyter Cardinalis Imperialis.
† Ego Philippus Antonius Tituli Sancte Praxedis
Presbyter Cardinalis Gaucherius.
† Ego Anibal Tituli Sancti Clementis Presbyter
Cardinalis S. Clementis Albanus S. R. Eccl.
Camerarius.
† Ego Ludovicus Tituli Sancti Silvestri in Capite
Presbyter Cardinalis Pius de Miranda.
† Ego Joannes Antonius Tituli S. Petri ad Vin-
cula Presbyter Cardinalis de Via.
† Ego Antonius Felix Tituli Sancte Balbine Pre-
sbyter Cardinalis Zondadarius.
† Ego Petrus Marcellinus Tituli S. Mariae Trans-
tyberim Presbyter Cardinalis Corradinus.
† Ego Curtius Tituli S. Eustachii Presbyter Card-
inalis Origus.
† Ego Melchior Tituli Sancte Mariae Angelorum
Presbyter Cardinalis de Polignae.
† Ego Nicolaus Tituli Sanctorum Nerei, & Achil-
lei Presbyter Cardinalis Spinula.
† Ego Georgius Tituli S. Agnetis Presbyter Card-
inalis Spinula.
† Ego Cornelius Tituli S. Hieronymi Illyricorum
Presbyter Cardinalis Bentivolus de Aragonia.
† Ego Ludovicus Tituli Sancte Prisca Presbyter
Cardinalis Bellaga, & Moncada.
† Ego Joseph Tituli S. Susanna Presbyter Card-
inalis Pereyra de la Cerda.
† Ego Alvarus Tituli S. Bartholomaei in Insula
Presbyter Cardinalis Cienfuegos.
† Ego Bernardus Maria Tituli Sancti Bernardi ad
Thermas Presbyter Cardinalis de Comitibus
Major Penitentiarius.
† Ego Joannes Baptista Tituli S. Matthaei in Me-
sulana Presbyter Cardinalis de Aleris.
† Ego Vincentius Tituli S. Onuphrii Presbyter
Cardinalis Petra.
† Ego Prosper Tituli S. Calixti Presbyter Cardina-
lis Marisficus.
† Ego Nicolaus tit. S. Mariae in Domnica Presbyter
Card. Coscia.

† Ego Nicolaus Maria S. R. E. Presbyter Cardina-
lis Lercarius.
† Ego Frater Laurentius S. R. E. Presbyter Cardi-
nalis Cozza.
† Ego Benedictus S. Mariae in Via Lata Diaconus
Cardinalis Pamphilius.
† Ego Laurentius S. Agathe ad Montes Diaconus
Cardinalis de Aleris.
† Ego Carolus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus
Cardinalis Columna.
† Ego Julius S. Hadriani Diaconus Cardinalis
Alberonus.
† Ego Alexander S. Mariae in Cosmedin Diaconus
Cardinalis Albanus.
† Ego Alexander S. Mariae de Scala Diaconus
Cardinalis Falconerius.
† Ego Nicolaus Sancte Mariae ad Martyres Diaco-
nus Cardinalis Judice.

P. Card. Prodatarius.
Pro D. Cardinali Oliverio.

C. Archiepiscopus Emissenus.

V I S A

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

L. Martinettus

Registrata in Secretaria Brevium.

CLXI.

Promulgatur Canonizatio B. Joannis a Cruce, Dat. 27. Dec. 1726. An. 3.
Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, inter
Sanctos relati.

Vid. Const. precedentem, & sequentem.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad futuram rei memoriam.

PIA Mater Ecclesia praecipuis universalis ho-
norificentiae praconis illos ornari decernit,
qui olim sanctissimis disciplinis, & moribus cam
illustrantes, Divini nominis gloriam, & Deo fam-
ulantium numerum dictis, & factis augere,
perque viam salutis ducere summa cura studue-
runt. Hujusmodi Virum Christianis virtuti-
bus, caelesti doctrina, jugi poenitentia, mul-
tisque signis probatum Ecclesiae Catholicae dedit
ea pars Hispaniae Tarraconensis, cui Castelle
veteris nomen est, nosque illum hae die, in ho-
nore

Procemium

B. Joannis a
Cruce ortus,
pietas, & vici-
nitudo.

norem B. Joannis Apostoli, & Evangelistae Deo
sacra, Sanctorum Confessorum non Pontificum
Canon, solemniter Romanae Ecclesiae ca-
remonia adnumerare decrevimus.
§.1. Is est Beatus Joannes a Cruce, ordinis
Fratrum Beatae Mariae Virginis a Monte Car-
melo, qui Excalceati appellantur, primus Pro-
fessor, & Parens, qui anno Christi Domini 1542
ex perhoneste lepeia familia ortus est in Oppido,
quod dicitur Fons Tiberii in Episcopatu Abulen-
si. A primis annis egregiae animi dotes in eo,
pie, christianaeque educato, plurimum emicue-
runt; quamque dilectus, & charus esset Deiparae
Virgini, in cuius patrocinium confugerat, inde
patuit, quod aquam e puteo hausurus, in il-
lum prolapsus, patrone manu sublatus, inco-
lumis prodiit. Adolescens, eximia pietatis du-
ctu Metymnae campi Hospitalium domum in-
gressus, Aegrotantium, & Pauperum famula-
turi se addidit, maxima charitate diu, noctuque
languentibus assidens, nec modo spiritualia,
sed ne vilissima quidem officia in is juvenis obi-
re detrectans; unde factum, ut ceteri in Noso-
comio Christiana Joannis acta demirari, agro-
torum corporibus, animisque curandis certatim
ejus exemplo alacrem, & sollicitam opera-
darent. Quicquid interim tam pio ministerio
supererat, praclarus Juvenis assiduis precibus,
vigiliis, lacrymis, & Dominicae Pallioni reli-
giosissimo animo recolendae, impendebat: quae
tandem ipsi ad Fratrum ordinis Beatae Mariae
Virginis a Monte Carmelo institutum incundum
jucundissimam viam aperuerunt. Hoc ita am-
plexus est, ut vota emissa purioris disciplinae stu-
dio accurate observaret, ad primitivi ordinis
normam se omnino conformans, nec nisi cum
timore, & tremore, ac jussu majorum, ob sum-
mam rei divinae praestantiam, ad sacratissimum
Presbyteratus gradum evectus.

Fit Comes
B. Teresia
in primava
disciplina pro
movenda in-
ter Carmeli-
tas.

§.2. Quum vero Dei Virgo Teresia, quae postea,
excelsis ejus virtutibus, signisque flagitan-
tibus, per felicitatis memoriae Antecessorem no-
strum Gregorium Papam XV. in Sanctarum Vir-
ginum Canonem relata est, inter Sorores jam
dicti Ordinis Beatae Mariae Virginis a Monte Car-
melo primavi instituti regulam felici exitu resti-
tuisset, idemque pro Fratribus ejusdem Fami-
liae animo voluaret, Dei ancilla magni operis
comes Joannes a Cruce, strictioris disciplinae
promovendae ardore vehementer accensus, pla-
ne caelitus datus est. Quare tanta rei negotio
inter sacram Virginem, & Dei famulum agita-
to, Ordo Fratrum Carmelitarum communi
omnium bonorum plausu, licet fremente hu-
mani generis hoste, mirifice instauratus, & per
universam Europam non sine ingenti Dei gloria
diffusus est, plurimis Teresiae Virginis cura, per
totam Hispaniam erectis, atque optime institu-
tis Coenobiis, quae ipse, nullis vitae incommodis,
& periculis territus, singula per usuravit.

Idem multa
pro Deo pas-
sus die, & ho-
ra a se praedi-
cis obit.

§.3. Ubi vero admiranda innocentia, assidua
rerum Divinarum contemplatione, asperimo
vite rigore, summisque virtutibus inclutus,
suorum corda in perfecto Dei cultu undequaque
firmaverat, diro morbo, & in cruce quinq-
plagis, sanie manantibus, patientissime tolera-
tis, totus in Deo, quem semper in corde, atque
ore habuerat, fixus, sanctissimis Ecclesiae Sacra-
mentis summa fide, & religione susceptis, in-er
sodalium collacrymantium amplexus, Davidi-

ci Palmi versiculo, *In manus tuas, Domine, com-
mendo spiritum meum*, piissime pronuntiato, die,
& hora a se praedictis, in Ubeda Coenobio, deci-
monono Kal. Januariis Anno salutis 1591. aetatis
49. vitae coenobiticae 29. purissimam efflavit ani-
mam Vir, Deo percharas, daemone formidatus,
animi lenitate, constantia in adversis, miracu-
lorum, ac prophetiae dono per totam Hispaniam
illustris, inque mysticae Theologiae arcanis scrip-
to explicandis, aequae ac Teresia, divinitus in-
structus, quam, Decreto S. R. E. nondum Bea-
tis adnumeratam, ipse sodali suo, inter Sanctas
Dei Virgines, co superstitite, referendam praenun-
ciavit.

Ut Sanctus
agnoscitur, &
Beatis adnu-
meratur.

§.4. Ad Servi Dei exuvias, quasi odore per-
fusas, & postea corruptionis expertes, eundem
veluti placido somno sopitum referentes, popu-
li eas osculantis multitudo copiosa turmatim
confluxit, vestium, & ipsius etiam corporeali
particulas, venerationis instinctu, auferre co-
nata. Tanti Viri, quem Teresia, ut Sanctum
susceperat, sanctique elogio compluribus ornav-
erat, virtutum, & prodigiorum fama in dies per
crebrescente, gesta ejus maturo judicio Venera-
bilium Fratrum S. R. E. Cardinalium, sedente pia
recordationis Decessore nostro Alexandro Papa
VII. ad Canonicos ritus discussa, & probata fue-
runt, unde per similes memoriae Clementis Pa-
pa X. Apostolicas literas, inter Beatos relatus est.

Solemnis ritus
inter Sanctos
refertur.

§.5. Novis deinde miraculis post foemmem
Beatificationem, ob ejus merita a Deo patris,
jussu Dei Servi Innocentii Papae XI. undique con-
quisitis, & coram Nobis ipsis per Venerabiles
Fratres nostros in examen adductis, ac veteri
disciplinae, & Majorum Constitutionibus respon-
dere per omnia compertis, inque tribus Consi-
storis, & plenario conventu eorumdem Vene-
rabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardina-
lium, atque etiam Patriarcharum, Archiepi-
scoporum, & Episcoporum Nobiscum in Urbe
praesentium conventu, rite perpenis, unanimi
eorumdem sententia, per Sedis Apostolicae No-
tarios coram Nobis excepta, Regumque, ac Prin-
cipum Christianorum, atque ipsius Ordinis Fra-
trum Excalceatorum Beatae Mariae Virginis a
Monte Carmelo, enixis precibus pro Beato Ioan-
ne a Cruce in Sanctorum Confessorum non Pon-
tificum Canonem referendo Apostolicae Sedi por-
rectis, post tante rei perficiende solemnem diem
indictam, perque orationes, jejunia, & elec-
mosynas Omnipotentis Dei opem ferventissime
imploratam, demum universis, quae ex Ante-
cessorum nostrorum Romanorum Pontificum
Constitutionibus, & S. R. E. disciplina agenda
erant, omni religione peractis, hac ipsa die in
honorem Beati Joannis Apostoli, & Evangelistae
Deo sacra, una cum iisdem Venerabilibus Fra-
tribus nostris San. Rom. Eccl. Cardinalibus, Pa-
triarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac utrius-
que Cleri, & Populi frequentia in Sacrosanctam
Basilicam Principis Apostolorum Deo supplican-
tes convenimus, ubi semel iterum, & tertio pro
Viro Dei in Sanctorum Confessorum non Pon-
tificum Canonem referendo precibus repetitis per
Venerab. Fratrem nostrum Laurentium Sanctae
Rom. Ecclesiae Episcopum Cardinalem Tusculana-
num, Corinum nuncupatum, post decanta-
tas sacras orationes, & Spiritus Sancti gratiam
humillime invocata, ad honorem Sanctae, &
individuae Trinitatis, Fidei Catholicae exaltatio-
nem,

& Archiepiscopus Mediolanensis coram miratus, illum adhuc duodennem, in rebus divinis adeo instructum reperit, ut dignum putaverit, quem sanctissimo Eucharistiae sacramento suis manibus ipse primus resciceret. Tum vero in patriis adibus, & Florentiae, ubi Aloysius novennis Deipare Virginitatem suam vovit, quam semper una cum innocentia baptismali illibata servavit, tum maxime in aula Regia Hispaniarum, quo tredecennis cum parentibus in comitatu Mariae Augustae petierat, caelestes ejus animi dotes patuerunt. Ibi enim rara ejus pietas in dies prodiens, omnium oculos, & admirationem in se convertit, nullis mundi illecebris innocentissimum puerum alio trahentibus: cujus etiam tactus pudoris fuit, ut matronas, confanguineas quoque, ac matrem ipsam, adspicere, & seorsum alloqui refugeret. Quin, ut Dei famulatum tutius amplecteretur, vix annum decimum quintum egressus, in Societatem Jesu migrare constituit: quam cogitationem nulla Regum, & Principum blanditiae, nulla a parentibus toto triennali spacio adhibita machinae, ex ejus animo evellere potuerunt.

Societati Jesu nomen daturus magnanimi fortitudine suis valedicere, & Romam peti ubi Christianis virtutibus omnium oculos in se convertit.

§.2. Quare mirantibus, & lugentibus confanguineis, Romam iturus, sicis oculis avito se principatu abdicavit, inque alma aede Laurentiana votum, quo eum pia Mater incolamen paritura, Deo se obstrinxerat, incredibili religione perfolvit. Romae vero in primariis septem Ecclesiis Deum propitium sibi precatus, mox in domum probandis spiritibus, Societati Jesu nomen daturus, destinatum, maximo gaudio convolvit, ubi eximii ejus virtutibus patrefactis, votisque postea regularibus de more ab eo nuncupatis, in clericum adscitus, primisque ordinibus initiatus est. Quanta verecundia se spectandum, quantaque humilitate, paupertatis studio, sui que contemptu viliora officia ultro subire gestiens, se toti Urbi admirandum ostenderit, oculati, & probatissimi testes literarum monumentis consignaverunt. Sed ejus charitas praecipuo sermone celebranda est, quippe qua maxima fuit, & praesertim enituit, dum ex annonae inopia sevo in Urbe contagio ingruente, quod multa millia hominum sustulit, ipse, quam vis corpusculi macerationibus pene confectus, pedibus vix consisteret, a majoribus impetravit, ut in publicis valetudinariis lethaliter agrotantes inviseret, stipem vicatim per Urbem esurientibus erogaret, inque communi vastitate languidos ipsos in hospitales domos suis humeris latos exueret, sordibus mundaret, ac cibo etiam verbi Dei pasceret: quae omnia tanto studio pergit, ut & ipse pestilenti halitu afflatus aliquandiu novo hoc experimento probandus, contabesceret.

Pie obiit, & pro Sancto agnoscitur.

§.3. Tandem suae migrationis tempus appropinquare animadvertens, Ecclesiae sacramentis ad magnum iter munitus, dulcissimoque Jesu nomine, quod semper in corde atque ore habuerat, repetito; nocte, quam praedixerat antedem 11. Kalendas Julias anni 1591. plurimis admiranda, & consummata virtutis speciminibus editis, placidissima in pace quievit, anno aetatis suae 23. religionis sexto, clericatus quarto. Ad ejus exuvias venerandas tanta populi Romani turba confluit, ut adis portas claudi oportuerit, ne sacrum pignus devotionis causa infrusta discerperetur. Et quamvis loculum fe-

pulcralem, ei servando adsignatum nullus foris titulus distingueret, fidelium tamen pietas accensis facibus, votisque tabellis ac donariis subinde allatis, eum probe distinxit. Aloysii sanctitatem diserto etiam praconio vulgavit in mentis excessu Dei ancilla, postmodum Sanctis Virginibus adnumerata, Maria Magdalena de Pazzis.

Ejus virtutes, & miracula comprobata: deque eo honoris canonici, & Missae celebrari posse a Paulo V. concessum.

§.4. Quin crebra, & maxima signa per servi sui intercessionem a Deo patrata, ejusdem sanctitatis famam per universam Italiam eo usque vulgavit, ut Synodus Mantuana recolenda memoriae antecessori nostro Paulo Papae V. enixas preces obtulerit pro Aloysio in beatorum numerum referendo, eodemque relato, quum multi Christiani Principes a Sede Apostolica flagitarent, ut inter sanctos quoque numeraretur, res tanta Venerabilium fratrum S.R.E. Cardinalium, sacris Ritibus examinandis praepositorum judicio perpendenda commissa est. Hi vero Beati Aloysii virtutes, & miracula de quibus plene constabat, ad sacros Ecclesiae Canones, & disciplinam suffragiis suis omnino comprobaverunt, itaut Dei Servum inter Sanctos referri, deque eo, tamquam de Beato Confessore, officium recitari posse judicarent. Tres deinde antiquiores Sacri Palatii Apostolici causarum Judices hac de re suam relationem, quinquennali discussione compositam, ediderunt, in qua praevio examine, & approbatione virtutum ac miraculorum, causam in eo statu esse dixerunt, ut tuto, & quaecumque id liberet, Beatus Dei Servus inter Sanctos Confessores referri posset. Postmodum Cardinales simul iterum congregati inherendo his, quae antea censuerant, & praesertim relationi eorumdem trium sacri Palatii judicum, pridem a se acta, & judicata uno ore, & nemine discrepante confirmaverunt. Quare Paulus Papa V. his auditis, auctoritate Apostolica non solum Romae, sed in quibuscumque locis Italicis, Mantuani Ducis, & Principum ex Gonzaga gente imperio subjectis, inque Ecclesiis Societatis Jesu sacrosanctum Missae Sacrificium, atque horas canonicas in Beati Aloysii honorem celebrari, & recitari posse decrevit: quod Indultum, Apostolicis literis traditum, per alios postea Romanos Pontifices antecessores nostros ad universam Societatem Jesu, & complura alia loca, de eorumdem Venerabil. fratrum consilio, suffragioque extensum est.

Sanctorum Confessorum Canonum adnumeratur ab hoc eodem Pontifice.

§.5. Hinc Aloysii ubique celeberrimi virtutes, & signa, omnibus ferme Christianis Principibus apud Apostolicam Sedem aequae laudantibus, proque ejus inter Sanctos Domini Confessores adscriptione sub proximis antecessoribus nostris Romanis Pontificibus Clemente XI., & Innocentio XIII. ac etiam nobis ipsis, dum in minoribus essemus, enixe deprecantibus, tandem singulis, quae ad novissima antecessorum nostrorum decreta impleri debebant, accurate, & sedulo impletis, inque conventu Venerabil. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium una congregatorum repetita omnium eorum, quae acta jam fuerant, absoluta notione, plenaque ex omni parte, & juridica expositione, tum quoad miracula, olim plene discussa atque approbata, nos eundem Aloysium, cujus nomen in clypeo memoriae antecessor Clemens Papa X. in tabulis Martyrologii Romani descri-

ben-

bandum curaverat, Sanctorum Confessorum, factis adnumerare decrevimus. Itaque in tribus confistoriis, & plenario conventu eorumdem Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, atque etiam Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum nobiscum Roma praesentium, universis ad eum pertinentibus pro more discussis, unanimi Patrum sententia per Apostolicam Sedem Notarios coram nobis excepta, Regumque, ac Principum Christianorum, & Societatis Jesu pro Beato Aloysio, quem scholis ejusdem Societatis patronum Apostolicis literis nostris pridem assignavimus, in sanctorum Confessorum canonem referendo, multis precibus eidem Sanctae Apostolicae Sedi nobisque porrectis, post tanta rei perficienda solemnem diem indistinctam, perque orationes, jejunia, & elemosinas Omnipotentis Dei opem ferventissime imploratam, demum omnibus, quae ad Antecessorum nostrorum Romanorum Pontificum constitutiones, & S. R. E. disciplinam agenda erant, summa religione peractis, hac ipsa die in honorem Antecessoris nostri Silvestri Confessoris atque Pontificis Deo Sacra, cum jamdictis Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac utriusque Cleri, & Populi frequentia in Sacrosanctam Basilicam Principis Apostolorum Deo supplicantes convenimus, ubi semel, iterum, & tertio pro Dei Servo Aloysio Gonzaga Clerico Societatis Jesu Sanctorum Confessorum Canonem adscribendo iteratis precibus per dilectum filium nostrum Alvarum Sanctae Romanae Ecclesiae Tituli Sancti Bartholomaei in Insula Presbyterum Cardinalem Cienfuegos nuncupatum, post cantatas sacras Orationes, & Spiritus Sancti gratiam humillime invocaram, ad honorem Sanctae, & individuae Trinitatis, fidei catholicae exaltationem, & Christianae religionis incrementum, auctoritate Omnipotentis Dei, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostrae, de eorumdem Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Rom. Eccl. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, nobiscum in plenario conventu Basilicae Vaticanae praesentium consilio, & unanimi consensu, Beatum Aloysium Gonzagam Societatis Jesu, de cujus sanctitate, fidei sinceritate, & ceterarum virtutum, ac miraculorum excellentia plene constabat, & constat, una cum Beato adolescente Stanislao Kostka ejusdem Societatis Jesu novit o, Sanctorum Confessorum non Pontificum Canonem adscribendum decrevimus, & definivimus, prout praesentium tenore decernimus, definimus, & adscribimus, eundemque per omnes Christianos, tamquam vere Sanctum, honorari mandavimus, & mandamus, statuentes, ut in Ecclesia universali in ejus honorem aedes sacrae, & altaria, in quibus incrementum sacrificium Deo offeratur, construi, & quotannis undecimo Kalendas Julias, quo die migravit ad Dominum, solemnia ejus natalitia, ut S. Confessoris non Pontificis, celebrari possint.

Sacrae ejus exuvias Visitantibus pecuniarum Indulgentias concessit.

§.6. Insuper eadem auctoritate, omnibus Christianis fidelibus vere poenitentibus, & Confessis, qui eodem solemnibus die natalitio in memoriam Beati Aloysii Gonzaga quotannis ad sacras ejus exuvias, quae in aede ad honorem Beati Ignatii Confessoris Deo sacra adservantur, vene-

randas accesserint, annum, & quadragenam, iis vero, qui in octava ejusdem festi, quadraginta dies de injunctis, seu quomodolibet eis debitis poenitentibus, misericorditer in Domino relaxavimus, & relaxamus.

§.7. Postremo gratis Deo actis, quod Ecclesiam suam insigni hoc novoque luminari illustrare voluisset, cantata in honorem Sanctorum Aloysii Gonzaga, & Stanislai Kostkae solemnium Oratione, in ara maxima supra confessionem Principis Apostolorum Sacrosanctum Missae sacrificium celebravimus, cum ejusdem, & alterius Confessoris commemoratione, omnibusque Christianis fidelibus tunc praesentibus plenariam omnium peccatorum indulgentiam concessimus.

Entrañtate quacumque alia gesta fuerit in ejus Canonizatione.

§.8. Decet igitur, ut pro tam peculiari, magnoque beneficio nobis concessio omnes benedicamus, & glorificemus Deum Patrem, & bonorum omnium auctorem, cui est honor, & gloria in saecula, assiduis precibus ab eo flagitantes, ut per intercessionem electi sui Aloysii Gonzaga, a peccatis nostris indignationem suam avertens ostendat nobis faciem misericordiae suae, immitatque timorem sui super gentes, quae non cognoverunt eum, ut tandem cognoscant, quia non est alius Deus, nisi Deus noster.

Haec littera Apostolice fidei obtineant.

§.9. Ceterum quia difficile foret, praesentes nostras litteras, ad singula loca, ad quae opus esset, adferri, volumus, ut earum exemplis, etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem ubique fides habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si essent exhibita vel ostensa.


Nemo eas infringere audeat.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae definitionis, decreti, adscriptionis, relationis, mandati, statuti, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vicefimo sexto, quarto idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

* EGO BENEDICTUS CATH. ECCL. EPISC.

Subscriptiones Pontificis & Cardinalium.



† Ego Franciscus Episcopus Ostiensis Cardinalis Barberinus.

† Ego

nem, & Christiani nominis incrementum, au-
toritate Omnipotentis Dei, Patris, Filii, &
Spiritus Sancti, & Beatorum Apostolorum Pe-
tri, & Pauli, ac nostra, de eorumdem Vene-
rabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardina-
lium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, &
Episcoporum, nobiscum in plenario conventu
Basilicæ Vaticanæ presentium, consilio & una-
nimi consensu, Beatum Joannem a Cruce Hi-
spanum ex Ordine Fratrum Excalceatorum,
B.M. Virginis a Monte Carmelo, de cujus San-
ctitate, Fidei sinceritate, & ceterarum virtu-
tum, & miraculorum excellentia plene constabat,
& constat una cum Beatis perinde Confessoribus
non Pontificibus, Peregrino a Foro-Livii Ordinis
Fratrum Servorum B. M. V., & Francisco So-
lano Ordinis Fratrum Minorum, qui a regulari
Observantia nuncupantur, Sanctum esse defini-
vimus, Sanctorum Confessorum non Pontificum
Canonis adscribendum decrevimus, prout præ-
sentium tenore definimus, decernimus, & ad-
scribimus, eundemque per universos Christifi-
deles, tamquam vere Sanctum, honorari man-
davimus, & mandamus, statuentes, ut ab uni-
versa Ecclesia in ejus honorem ædes sacræ, &
Altaria in quibus incrementum Sacrificium Deo
offeratur, ædificari, & consecrari, & quotan-
nis decimonono Kalen. Januariæ, quo die ad
caelestem Patriam evolavit, ejus natalis, ut
Sancti Confessoris non Pontificis, festiva solemnia,
celebrari possint.

Indulgentie
ejus exuvias
Vilicantibus
concedit.

§.6. Insuper eadem auctoritate, omnibus
Christifidelibus vere poenitentibus, & confessis,
qui ejusdem diei natalis festo in memoriam
Beati Joannis a Cruce quotannis ad sacras ejus
exuvias venerandas accesserint, annum, & qua-
dragenam, iis vero, qui in octava ejusdem festi,
quadraginta dies de injunctis, seu quomodolibet
eis debitis poenitentis, misericorditer in Domi-
no relaxavimus, & relaxamus.

Enarrantur
alia quecum-
que gesta in
eius Canoni-
zatione.

§.7. Postremo gratis Deo actis, quod Ec-
clesiam suam insigni hoc novoque luminari illu-
strare voluisset, cantata in honorem Sanctorum
Joannis a Cruce, Peregrini a Foro-Livii, & Fran-
cisci Solani oratione solemnè, in ara maxima
supra Confessionem Principis Apostolorum sa-
crofanctum Missæ Sacrificium celebravimus cum
ejusdem Confessoris non Pontificis, & cætero-
rum commemoratione, omnibusque Christifi-
delibus tunc presentibus plenariam omnium
peccatorum indulgentiam concessimus.

§.8. Decet igitur, ut pro tam peculiari,
magnoque beneficio cælitus Nobis concessio
omnes benedicamus, & glorificemus Deum Pa-
trem, bonorum omnium auctorem, cui est ho-
nor, & gloria in sæcula, assiduis precibus ab eo
flagitantes, ut per intercessionem electi sui
Joannis a Cruce, indignationem suam a nostris
peccatis avertens, ostendat nobis faciem mise-
ricordie suæ, immittatque timorem sui super-
gentes, quæ non cognoverunt eum, ut tandem
cognoscant, quia non est alius Deus, nisi Deus
notter.

His literis ubi
que fides ad-
hibeatur.

§.9. Cæterum quia difficile foret, presentes
nostras literas ad singula loca, ad quæ opus ef-
fet, adferri, volumus, ut earum exemplis, etiam
impressis, manu publici Notarii subscriptis, &
sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica
constitutæ munitis, eadem ubique fides habe-
atur, quæ ipsi presentibus adhiberetur, si essent
exhibita, vel ostensa.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostre definitionis, Decreti,
adscriptionis, relationis, mandati, Statuti, re-
laxationis, & voluntatis infringere, vel ei te-
merario ausu contraire. Si quis autem hoc at-
tentare præsumserit, indignationem Omnipot-
entis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apo-
stolorum ejus se noverit incursum.

Nemo eas in-
fringere au-
deat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno
Incarnationis Dominicæ millesimo septingente-
simo vigesimo sexto, sexto Kal. Januariæ Ponti-
catus nostri Anno Tertio.

Ego Benedictus Catholicæ
Ecclesiæ Episcopus.

Subscriptio-
nes Pontificis,
& Cardina-
lium.



† Ego Franciscus Episcopus Ostiensis Card. Barbe-
rinus.

† Ego Petrus Episcopus Sabiniensis Cardinalis Ot-
thobonus S. R. E. Vice cancellarius.

† Ego Laurentius Episcopus Tusulanus Cardinalis
Corsinus.

† Ego Joseph Renatus Tituli Sancti Laurentii in
Lucina Presbyter Cardinalis Imperialis.

† Ego Philippus Antonius Tituli Sanctæ Praxedis
Presbyter Cardinalis Gualterius.

†

†

†

†

†

† Ego Annibal Tituli Sancti Clementis Presbyter
Cardinalis Sancti Clementis Albanus S. R. E.
Camerarius.

† Ego Ludovicus Tituli Sancti Silvestri in Capite
Presbyter Cardinalis Pius de Mirandula.

† Ego Johannes Antonius Tituli Sancti Calixti
Presbyter Cardinalis de Via.

†

† Ego Antonius Felix Tituli Sanctæ Balbinæ Pre-
sbyter Cardinalis Zondadarius.

†

† Ego Petrus Marcellinus Tituli Sancti Johannis
ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis
Corradinus.

†

† Ego

† Ego Curtius Tituli Sancti Eustachii Presbyter
Cardinalis Origus.

† Ego Melchior Tituli S. Mariæ Angelorum Pre-
sbyter Cardinalis de Polignac.

†

†

†

†

† Ego Nicolaus Tituli Sanctorum Nerei, & Achil-
lei Presbyter Cardinalis Spinula.

†

†

† Ego Georgius Tituli Sanctæ Agnetis Presbyter
Cardinalis Spinula.

† Ego Cornelius tit. S. Hieronymi Illyricorum Pre-
sbyter Card. Bentivolus de Aragonia.

†

†

† Ego Ludovicus Tituli Sanctæ Prisca Presbyter
Cardinalis Belluga & Moncada.

† Ego Joseph Tituli Sanctæ Susanna Presbyter
Cardinalis Percy a de la Cerda.

†

† Ego Alvarus Tituli Sancti Bartholomæi in Insula
Presbyter Cardinalis Cienfuegos.

† Ego Bernardus Maria Tituli Sancti Bernardi ad
Thermas Presbyter Cardinalis de Comitibus,
major Penitentiarius.

† Ego Joannes Baptista Tituli Sancti Matthei in
Merulana Presbyter Cardinalis de Alteris.

† Ego Vincentius Tituli Sancti Onuphrii Presbyter
Cardinalis Petra.

† Ego Prosper Tituli Sancti Chrysogoni Presbyter
Cardinalis Marfuscus.

†

† Ego Nicolaus Tit. S. Mariæ in Domnica Presbyter
Card. Coscia.

†

† Ego Nicolaus Maria S. R. E. Presbyter Cardina-
lis Lercarius.

† Ego Frater Laurentius S. R. E. Presbyter Cardi-
nalis Cozza.

†

† Ego Benedictus Sanctæ Mariæ in Via lata Dia-
conus Cardinalis Pamphilius.

† Ego Laurentius Sanctæ Agathæ ad Montes Dia-
conus Cardinalis de Alteris.

† Ego Carolus Sancti Angeli in Foro Piscium Dia-
conus Cardinalis Columba.

†

†

† Ego Julius Sancti Hadriani Diaconus Cardinalis
Aberonus.

† Ego Alexander Sanctæ Mariæ in Cosmedin Dia-
conus Cardinalis Albanus.

† Ego Alexander Sanctæ Mariæ de Scala Diaconus
Cardinalis Falconcrinus.

† Ego Nicolaus Sanctæ Mariæ ad Martyres Dia-
conus Cardinalis Judice.

†

†

†

†

P. Card. Prodatarius.

Pro D. Card. Oliverio.

C. Archiepiscopus Emissenus.

VISA

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

CLXII.

Promulgatur Canonizatio B. Stanislai Kofka Societatis Jesu, inter Sanctos connumerati.

Dat. 31. Dec. 1726. Ann. 3.

Vide Constitutionem precedentem.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

DUM Christi voce compertum est, a ne-
mine lucernam accendi, & poni eam sub
modio, sed super candelabrum, ut luceat om-
nibus, qui in domo sunt; nos, Dei cultus in
Sanctis ejus amplificationi summe solliciti, hinc
monemur, pium, & justum esse, ut quos Deus
stola gloriæ indutos ob merita sanctitatis cor-
onat in cælis, eosdem nos quoque publicæ ve-
nerationis præconio in terris laudantes, ipsam
Deum in iis glorificemus, cujus magnitudinem
in gestis sanctorum coruscare certissimum est.
Hos inter fulsit Beate memoriæ adolescens
Stanislaus Kofka, Christianis virtutibus, ma-
gnisque miraculis clarus, quæ ad S. R. E. cano-
nicas regulas maturo consilio comprobata, nos
induxerunt, ut hac die, in honorem antecesso-
ris nostri Silvestri Confessoris, atque Pontificis
Deo sacræ, eum Sanctorum Confessorum fastis
adscriberemus.

Exordium ex
eo quod Dei
cultus in Sa-
ctis ejus am-
plificetur.

§.1. Stanislaus in avito Oppido Masoviæ,
Ducatus Regni Polonici, medio sæculo Christi
Domini decimo sexto ex Senatoria familia na-
tus Viennam Augustam in Seminario Societatis
Jesu liberalibus disciplinis imbuendus profectus
est. Præ multis virtutibus, quibus excelluit,
illibatam morum candorem tam sancte serva-
vit, ut si quem minus honeste loquentem audi-
ret, veluti exanimis statim conderet. Ob re-
rum, & temporum vices soluto Seminario Vien-
nensi, Stanislaus post annum inde egressus, in
tenera ætate magnæ virtutis, Christiano more
exercendæ, occasionem offendit. Hospes enim
in cujus ædes cum fratre migrare coactus est,
Lutherana hæresi infectus, nimisque fratris
rigor, innocentissimi adolescentis animum non
modica perturbatione impleverunt. Sed invicta
Stanislai virtus nunquam succubuit, unam dum-
taxat ærumnarum omnium durissimam ratus,
quod in domo a recta fide aliena graviter de-
cumbens, sanctissimo Eucharistiæ Sacramento
refici non posset. Divino tamen prodigio per

Beati Stanis-
lai ortus in-
stitutio, & ma-
gnæ virtutis
præstancia.

Z

ca.

caelestes juvenes, praesente Beata Barbara Virgine, & Martyre, cujus patrocinio in re tanta se commendaverat, pane angelico recreari meruit, unde animae, & corporis viribus mirifice confirmatus, de quibuscumque vexationibus strenue triumphavit, quem alias rerum caelestium assidua contemplatio, summe innocens corpus in servitutem redactum, incredibilis mansuetudo, inque fratris asperitate trienniali spacio toleranda Christianum animi robur, supra aetatem plane admirandum reddiderunt. Mox Deiparae Virginis monitu, quae Divinum infantulum ei amplectendum porrexit, jam dista Societati Iesu, ingenti plausu tunc recens natae, nomen dare constituit; utque citius voti compos fieret, sub habitu peregrini, licet ab omni re, tam longo itinere necessaria, imparatus, Romam properare contendit, a fratrecitatis equis eum quaerente, divinae gratiae praesidio nequaquam agnitus, & rursus a choro Angelorum caelesti pabulo in via recreatus.

Societatis Iesu tyrocinium, Dei amore inflammatus, nit, & pic obit

§.2. Aliquantulum in famulatu Seminararii Diligentis in Dicecesi Augustana, tanquam Religiose vocationis experimento, commoratus, Romam tandem per viarum ambages, & vitae discrimina ingressus, inque tyrocinium Societatis Iesu a Beato Confessore Francisco Borgia, tunc Praeposito Generali, admissus est, ubi nullis suorum minis perterritus, in omnium Christianarum virtutum agone se veteranum Dei militem spectandum exhibuit, a perspicua pietatis viris, interque hos a B. Confessore, & Pontifice Francisco Salezio, singulari praeconio cumulatus. Deiparam Virginem, ut dulcem Patronam suam maximo semper cultu observavit, tantoque divini amoris aestu ardere visus est, ut brumali tempore peccus linteis frigida aqua conspersis madefaceret. Morbo demum levi correptus, vehementique Dei amore inflammatus, in ejus sinum translatus est anno reparatae salutis 1618. die festo, ut praedixerat, Deiparae Virginis in Caelum assumptae, decimo octavo Kal. Septembris, anno atatis xviii, regularis tyrocinium mense decimo.

Stanislaus miraculis elati exuviae incorruptae, proque eorum Canonis adscribendo Christianorum Principum supplicationes.

§.3. Mirae innocentiae adolescentis exuviae biennio ab ejus depositione incorruptae, suavique odore perfusae repertae sunt. Postmodum triumphalem in caelesti Hierosalem servi sui gloriam, quem pia memor. Antecessor noster Paulus Papa V. Beatorum numero adscripserat, Deus miraculo comprobavit, dum Sigismundo Rege Poloniae in Turcas, Christianorum cervicibus imminentes, bella Domini preliante, sublimis in aere visus est Stanislaus in splendido curru cum Deipara Virgine, & filio Iesu; unde Polonorum animi in dubia certaminis alea viribus aucti, immanissimos hostes fuderunt, quo tempore Beati adolescentis caput a felicis memor. Praedecessore nostro Gregorio PP. XV. in Poloniam missum, adventu suo victores populos novo gaudio cumulavit. His atque aliis, omnium Christianorum veneratione dignissimis, per Stanislaus preces apud Deum editis signis, Sanctitatis ejus fama ubique diffusa, apud Apostolicam Sedem exorantibus Poloniae Regibus Sigismundo Uladislao, & Ioanne Casimiro, de eo Sanctorum Canonis adscribendo actum est, praecipue sub Romanis Pontificibus Antecessoribus nostris Paulo V., Innocentio X., & Clemente X. quorum postremus sacrum officium

a Societate Iesu, itemque a Clero Seculari totius Poloniae, magnique Ducatus Lituaniae, certa die de eo recitari auctoritate Apostolica indulgit: quod, propria subinde oratione addita, confirmavit alius venerandae mem. Antecessor Innocentius Papa XI.

Poloniae, & Lituaniae patronus datur; de quo in Sanctorum Confessorum Canonem referendo Decretum vulgatur

§.4. Denique Stanislaus virtutibus per Clementem X. qui cum Poloniae, & Lituaniae primum apud Deum patronum adsignavit, unde quaque adprobatis, pia quoque recordationis Clemens XI. ejusdem miracula, coram se per Venerabiles Fratres Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales in examen adducta, Pontificia auctoritate adprobavit, decreto edito de Beato Dei Servo in Sanctorum Confessore Canonem referendo. Clementem vero priusquam solemniter rem tantam abfolveret, viam universae carnis ingresso, nos, qui meritis licet imparibus, eidem in Cathedra Beati Petri successimus, in tribus Consistoriis, & plenario conventu eorumdem Venerabil. Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, atque etiam Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum nobiscum Romae praesentium, gestis Beati Stanislaus rite perpenis, unanimi omnium sententia per Sedis Apostolicae Notarios coram nobis excepta, Regumque ac Principum Christianorum, & Societatis Iesu, pro illo in Sanctorum Canonem referendo, precibus Apostolicae Sedi, & nobis exinde porrectis, rei perficiendae solemnem de more diem indiximus.

Beatus Stanislaus sole innotuit inter Sanctos communitate

§.5. Mox per orationes, jejunia, & elemosinas Omnipotentis Dei ope ferventissime implorata, ac universis, quae ex Sanctae Romanae Ecclesiae disciplina receptisque Constitutionibus agenda erant, omni religione peractis, hac ipsa die in honorem Antecessoris nostri Silvestri Confessoris atque Pontificis Deo sacra, una cum jamdictis Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, ac utriusque Cleri, & Populi frequentia in Sacrosanctam Basilicam Principis Apostolorum Deo supplicantes convenimus, ubi semel, iterum, & tertio pro Dei Servo Stanislaus Sanctorum Confessorum Canonis adnumerando, per dilectum filium nostrum Alvarum S. R. E. Tit. Sancti Bartholomaei in Insula Presbyterum Cardinalem, Cienfuegos nuncupatum, precibus repetitis, post decantatas sacras orationes, & Spiritus Sancti gratiam humillime invocatum, ad honorem Sanctae, & individuae Trinitatis, fidei Catholicae exaltationem, & Christiani nominis incrementum, auctoritate Omnipotentis Dei, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, de eorumdem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, nobiscum in plenario conventu Basilicae Vaticanae praesentium, consilio, & unanimi consensu, Beatum Stanislaus Kostkam Polonum, Societatis Iesu Novitium, de cuius Sanctitate, Fidei, & ceterarum virtutum, & miraculorum excellentia plene constabat, & constat, una cum Beato Aloysio Gonzaga ejusdem Societatis Iesu Clerico, Sanctorum Confessorum non Pontificum Canonis adscribendum decrevimus, & definivimus, prout praesentium tenore adscribimus, decernimus, & definimus, eundemque per omnes Christianos, tamquam vere Sanctum, honorari mandavimus.

davimus, & mandamus, statuentes, ut ab universa Ecclesia in ejus honorem aedes sacrae, & Altaria, in quibus incrementum Sacrificium Deo offeratur, edificari, & quotannis Idibus Novembris, ejus solemnia, ut Sancti Confessoris non Pontificis, celebrari possint.

Sacrae ejus exuviae vilitantibus peculiaribus Indulgentiae conceduntur.

§.6. Insuper eadem auctoritate, omnibus Christianis vere poenitentibus, & conellis, qui eodem solempni die in honorem Beati Stanislaus quotannis ad ejus exuvias, quae in aede ad honorem Beati Andreae Apostoli Deo sacra in Quirinali adservantur, venerandas accesserint, annum, & quadragenam, iis vero, qui in octava ejusdem diei festi, quadraginta dies de injunctis, seu quomodolibet eis debitis poenitentis, misericorditer in Domino relaxavimus, & relaxamus.

Exponitur quidquid gestum in ejus Canonizatione.

§.7. Postremo gratis Deo actis, quod Ecclesiam suam insigni hoc novoque luminari illustrare voluisset, cantata in honorem Sanctorum Stanislaus Kostkae, & Aloysii Gonzagae solempni oratione, in ara maxima supra Confessionem Principis Apostolorum sacrosanctum Missae Sacrificium celebravimus cum ejusdem, & alterius Confessoris commemoratione, omnibusque Christianis tunc praesentibus plenariam omnium peccatorum indulgentiam concessimus.

§.8. Decet igitur, ut pro tam peculiari, magnoque beneficio Nobis concessio omnes benedicamus, & glorificemus Deum Patrem, bonorum omnium auctorem, cui est honor, & gloria in secula, assiduis precibus ab eo flagitantes, ut per intercessionem electi sui Stanislaus Kostkae peccatis nostris indignationem suam avergens, ostendat nobis faciem misericordiae suae, immittatque timorem sui super gentes, quae non cognoverunt eum, ut tandem cognoscant, quia non est alius Deus, nisi Deus noster.

Haec litterae Apostolicae ubi que fidem oblineant.

§.9. Ceterum quia difficile foret, praesentes nostras litteras ad singula loca, ad quae opus esset, adferri, volumus, ut earum exemplis, etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis, eadem ubique fides habeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si essent exhibitae, vel ostensa.

Nemo est infringere audeat.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae definitionis, Decreti, adscriptionis, relationis, mandati, Statuti, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo sexto, pridie Kal. Januariarum Pontificatus nostri Anno Tertio.

Subscriptiones Pontificis, & Cardinalium.

✱ Ego Benedictus Catholicae Ecclesiae Episcopus.

- † Ego Franciscus Episcopus Ostiensis Card. Barberinus.
† Ego Petrus Episcopus Sabiniensis Cardinalis Orsibonius S. R. E. Vicecancellarius.

- † Ego Laurentius Episcopus Tuscananus Cardinalis Corsinus.
† Ego Joseph Renatus Tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Imperialis.
† Ego Philippus Antonius Tituli Sanctae Praxedis Presbyter Cardinalis Gualterius.
† Ego Annibal Tituli Sancti Clementis Presbyter Cardinalis Sancti Clementis Albanus S. R. E. Camerarius.
† Ego Ludovicus Tituli Sancti Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Picus de Mirandola.
† Ego Joannes Antonius Tituli Sancti Calixti Presbyter Cardinalis de Via.
† Ego Antonius Felix Tituli Sanctae Balbinae Presbyter Cardinalis Zondadarius.
† Ego Petrus Marcellinus Tituli Sancti Joannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.
† Ego Curtius Tituli S. Eustachii Presbyter Cardinalis Origus.
† Ego Melchior Tituli Sanctae Mariae Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.
† Ego Nicolaus Tituli Sanctorum Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Spinula.
† Ego Georgius Tituli S. Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.
† Ego Cornelius Tituli S. Hieronymi Ulyricorum Presbyter Cardinalis Bentivolus de Aragonia.
† Ego Ludovicus Tituli Sanctae Priscae Presbyter Cardinalis Belluga, & Moncada.
† Ego Joseph Tituli S. Susanna Presbyter Cardinalis Pevera de la Cerda.
† Ego Alvarus Tituli S. Bartholomaei in Insula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.
† Ego Bernardus Maria Tituli Sancti Bernardi ad Thermas Presbyter Cardinalis de Comitibus Major Penitentiarius.
† Ego Joannes Baptista Tituli S. Martini in Merulana Presbyter Cardinalis de Altieri.
† Ego Vincentius Tituli S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.
† Ego Prosper Tituli S. Calixti Presbyter Cardinalis Marafuscus.
† Ego Nicolaus tit. S. Mariae in Domnica Presbyter Card. Colsica.